

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

15. Aprilis. Nec sordidum, atque incompositum in te quidquam patere, sed  
& affectatam diligentiam, quæ mollius aliquid, & arrogantiùs sapit, procul  
habe. S. Ignat. apud Bart. I. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Deo, i  
nihil d  
oni, ne  
masch  
s chara  
severis  
vitæ l  
etur; q  
ris att  
us: alti  
do; de  
liberat  
iam co  
m velle  
qui mor  
at lic  
ntur la  
argari  
excol  
pina n  
exib  
exilis est , leonem tamen , ne designata m  
currat ad metam, multum moratur. Quan-  
tò magis aliquem diligis , tantò vigili ma-  
gis censurâ maculam in eo singulam per-  
sequere.

### 15. Aprilis.

Nec sordidum , atque incompositum in te  
quidquam patere, sed & affectatam dili-  
gentiam, quæ mollius aliquid , & arro-  
gantius sapit, procul habe. S. Iguat. apud  
Bart. l. 4.

**U**T suam mundities laudem , ita risum  
meretur superstytiosa vanitas , quæ  
crines in aciem locat, tingat, fingitque , &  
curas, Deo, ac æternitati debitas , his cre-  
pundiis impendit.

Etiam in cilicio exosæ debent esse tibi  
sordes , ne horrore arceas , quos allicere  
debiasses. Sui usque ad pædorem, & sordes  
neglectus, ejus virtus sit, qui sibi soli vivit,  
& spontaneo abditus sepulchro, vivis pu-  
trescere incipit.

Quidquid sordium est, detestatur ani-  
mus, qui aspirat ad cœlestem illam civita-  
tem, cuius plateæ omnes aurum mundum,  
& sequi parat agnum sine maculâ.

Adi

Adi licet squalorem carcerum, noso  
miorum pædorem accede, sed ita in hi  
sicut solis radii in cæno, versare, invisi  
le lutum, nec inficitur. Si quid tibi son  
um adhæsit, maturè expia.

### 16. Aprilis.

*Operarius non ad aurum tractandum,  
lutum venisse cogitet, acutique in  
custodiâ curam, ne in se admittat  
biem, quam ex aliis satagit defricari.*  
Ignat. vitæ l. 4.

**N**on opus est valentibus medico,  
malè habentibus, ubi corruptioni  
jor, pestis urget acerbior, eò primùm  
volet tam corporum, quam animarum  
chiater; præmunitus tamen, ne & ipse  
tium trahat.

Si piscator se mergat, ut unionem iun  
niat; si se medicus occidat, ut æger sanetur  
non piscatio, non curatio hæc, sed insan  
sus. Idem est, qui animæ suæ labem aspe  
geret, dum abluit alienam.

Non obviæ virtutis esse debet, qui pe  
catorum conversioni operam suam vu  
addicere. Magnum est, quod aggreditu  
nec satis tutum, nisi quasi impeccabilis si